

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Philologica Qua Al Tehî Tsadik Harbeh Ve-'al Tirsha' Harbeh Sive Nimium Iustitiae Et Improbitalis Salomonis, Coheleth. VII. 16. 17. ...

**Clauswitz, Benedikt Gottlieb
Keyselitz, Gottlieb**

Lipsiae, 1721

VD18 11528834

§. XXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130295](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130295)

hibemus, ideo quod reliquis remotior est significatus, quem verbis **אל תהי צדיק הרבה** tribuunt nec alienus ab hac sententia fuisse videtur *R. Maimonides* (f) & ex Patribus *Cyprianus*. (g) Referunt vero hi interpretes verba hæc ad venerandam Dei providentiam, sic enim *Pineda*: *Illud simplicissimum est, ut instruat hominem hac sententia in cultu & reverentia divina providentia, ne cum videat, ut proxime dixerat, justum pereuntem in justitia sua; & impium longo viventem tempore, criminetur divinam providentiam volens videri justus multum, i. e. aut suæ justitiæ, aut aliorum vindex acerimus, aut nimium sapiens, nimiumque divinorum arcanorum perscrutator, expostulans cum Deo: Cur permittat justum iniquis criminationibus perire? Cur videri velit severior erga suos sanctos? Benignior & clementior erga sceleratissimos? Pergit: Ne improbe agas: Revocat nunc ab altero extremo, ut ne quis providentia oblitus permittat impietati habenas aut dum fugit a nimium perscrutando stultescat, nunquam cogitando de providentia.* Connectit hæc sententia versum nostrum cum præcedente quod probo, connectit vero ita, ut non utrique membro distinctum paræneseos membrum respondeat, quod tamen intendere videtur *Ecclesiastes*, nam **צדיק אבר** *למה תשומם & אל תהי צדיק הרבה* opposuit **אל תרשע הרבה למה תצות בלא רשע מאריך ברעתו** *אל תרשע הרבה למה תצות בלא רשע מאריך ברעתו* ubi posterioris membri illatio ex v. 15. desideratur: *impios vidi diu in malitia sua viventes E. ne sis securus nimis, divinæ providentiæ meditationem ex oculis plane seponendo.*

§. XXV.

Hæc sunt illa generalia, quæ explicationi hujus loci videntur substernenda, hæc sunt sententiæ interpretum, quarum copia facta est. Quid de vero verborum sensu
 censen-

(f) More Nevochim Lib. I, c. 32.

(g) Libr. III. ad Quirinum n. 53.

confendum, ulterius jam declarandum videretur; at cum præter opinionem ita excreverit materia, ut quos huic exercitio constitueramus limites, jam attingisse videamur, ultra eosdem jam evagari non lubet. Forte oportunum se tempus offeret quo quæ restant commodius expediri poterunt, interim vero quam potissimum in partem tuum iudicium B. L. inclinet, ut pro humanitate tua certiores nos facias, nostrisque conatibus faveas, impense rogamus. Erit illud insigne affectus Tui documentum, multumque nos in eligenda, aliaque forte occasione exponenda sententia nostra adjuvabit.

SOLI DEO GLORIA.

